UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologōn diaphorōn syngrammata palaia kai orthodoxa

Gessner, Conrad

Tiguri, 1560

VD16 G 1810

Canones Sanctorvm Patrvm Ancyrae Congregatorvm: Aetate Qvidem, Nicaeae Constitvtis priores, autoritate tamen Oecumenicæ synodi, posteriores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72021

Visual Library

eodem clero inueniuntur, eadē forma ſeruabitur. Commemorauimus autem Diaconiſſas quæ in hoc ordine inuentæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habeant, & omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem Diaconiſſæ quæ in Catholico Canone non habentur ſimili loco, id eſt, Laicæ, & tanquam nō conſecratæ deputentur.

σήκει. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος παραφυλαχθήσεται. ἐμνήσθημεν δὲ τῶν διακονισσῶν τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μηδὲ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσι, ὥστε ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

20 Quoniam ſunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, propterea utiq; ſtatutum eſt à ſancta ſynodo, quoniā conſona & conueniens per omnes eccleſias cuſtodienda cōſuetudo eſt, ut ſtātes ad orationem, uota Domino reddamus.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ΜΑΚΑΡΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ. ΟΙ ΤΙΝΕΣ ΠΡΟΓΕΝΕΣΤΕΡΟΙ μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν.

CANONES SANCTORVM PATRVM ANCYRAE CONGREGATORVM: AETATE QVIDEM, NICAEAE CONSTITVTIS priores, autoritate tamen Oecumenicæ ſynodi, poſteriores.

Presbyteros qui immolauerunt, & poſtea certamen iterum inierunt, ſi hoc ipſum ex fide, & non aliquo argumēto ſibimet præparātes egerūt ut iterum teneri uiderentur, aut tormentis ſubijci putentur, tanquam inuiti: ſi ex fide ergo luctati ſunt, & non ex compacto ad oſtentationē ut caperentur, ipſi fecerunt, hos placuit honorem quidem ſedis propriæ retinere: offerre autem illis & ſermonem ad populum facere, aut aliquibus ſacerdotalibus officijs fungi non liceat.

Πρεσβυτέρους τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἐπαναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινός, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας καὶ πείσαντας ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑποβάλλεσθαι, ταύτας δὲ τῷ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν, προσφέρειν δὲ αὐτοὺς ἢ ὁμιλεῖν ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν μὴ ἐξεῖναι.

2 Diaconi ſimiliter qui immolauerunt, poſtea autem iterum reluctati ſunt, illum quidem honorem habere oportet. Ceſſare uerò debent ab omni ſacro, ita ut nec panem nec calicem offerant, nec pronuncient, niſi fortè aliqui Epiſcoporum conſcij ſint laboris eorum, & humilitatis & manſuetudinis, & uoluerint eis aliquid amplius tribuere uel adimere. Penes ipſos ergo erit de his poteſtas.

Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας, τῆς τε τὸν ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ κηρύσσειν. εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πρᾳότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλεῖόν τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν.

3 Qui fugientes timore perſecutionis cōprehenſi ſunt, uel à familiaribus, ſeu à domeſticis traditi, & uel bona propria amiſerunt, uel ſuſtinuerunt tormenta, uel etiam carceribus incluſi ſunt, & tamen proclamauerunt ſe eſſe Chriſtianos, quin etiam perſeuerante uiolentia ad id uſque perducti ſunt, ut manus eorum appre

Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρεθέντας ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε, ὅτι εἰσὶ Χριστιανοί, καὶ περισχισθέντας, ἤτοι εἰς τὰς χεῖρας, ἢ πρὸς βίαν ἐμβαλλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ

βρῶματι

βρῶμα τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, ὁμολογοῦντας δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ χριστιανοί, καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπιδεικνυμένους τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι. τούτους ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντας, τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. εἰ δὲ καὶ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος περισσοτέρας ἀκριβείας ἕνεκεν, ἢ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς προσδεχθῆναι. τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. προσεξητάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες προσάγεσθαι εἰς τάξιν· ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου πολιτεία, προχειρίζεσθαι.

henſas, & uiolenter attractas, ſuper ſacrificia imponerent, illis licet perſeuerantibus in fide & Chriſtianos ſe eſſe uociferantibus, hoc ergo quod eis inuitis & alijs cogentibus contigit, ſi luctu & mœrore animi acerbè ſe ferre demonſtrent ipſiq; humili per bonam conuerſationē habitu incedentes dolere ſe quòd inuiti coacti ſunt doceant, hos tanquam inculpatos à cōmunione non uetari. Si autem iam prohibiti ſunt ab aliquibus à communione, maioris diligentiæ & inquiſitionis cauſa, aut per aliquorū ignorantiam, ſtatim recipi oportet. Hoc autē obſeruari conuenit & de clericis & de laicis omnibus. Laicos ſanè, qui in ſimiles neceſsitatis cauſas inciderunt, tanquam ſi nihil peccauerint, maximè ſi eos probabilis uita commen-
4 det, ad ordinationem recipi placuit.

Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα· ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι, καὶ σχήματι σφοδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως, ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη· εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι, ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

De his qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper in templis idolorum cœnauerunt, ſi qui eorum cum habitu cultiore ad templa perducti ſunt, atque ibi precioſiori ueſte adhuc mutata, cœnæ participes facti ſunt idolorum, indifferenter ſumentes omnia quæ fuerunt appoſita, placuit eos inter audientes uno anno conſtitui, tribus autem alijs annis agere pœnitentiam. Sed ex ipſo triennio per biennium tātummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari ſacramentis.

Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον μεταξὺ δι᾽ ὅλης τῆς ἀνακλήσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν. εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ τετραετίᾳ λάβωσιν. τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι, ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον. πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ προάγων βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω, καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

5 Quotquot autem aſcenderūt templa cū ueſte lugubri, & recumbentes inter alios manducauerunt flentes: ſi compleuerint pœnitentiā triennij temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur ad communionem, id eſt, ut ipſi oblationē nō offerant. Si autem perducti ad templa, non māducauerint, biennio maneant in pœnitentia. Tertio uerò anno communicent, ſed ſine oblatione, ut dictum eſt: in quarto autem anno perfectionem ſuam recipiant. Epiſcopum autem hanc habere licētiam oportet, ut perſpecta ſingulorum conuerſatione, normam regulamq; conuerſationis attribuat, id eſt, ut humanius agens ſecundum uitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare, aut etiam prolixius: qđ correctioni neceſſarium uiderit, addere. Diſcutiatur autem omnium horum & præcedens uita, & poſterior, & ita circa eos ſacerdotalis ſe humanitas moderetur.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων· ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη. καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη, κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕ

6 De his qui minis tantum ceſſerunt, aut bonorum ablatione, aut tranſportationis pœna deterriti ſacrificauerunt, & nūc uſq; nō pœnituerunt, neque conuerſi ſunt, modò autem, id eſt, tempore huius ſynodi ſe obtulerunt cōuerſionis ſuæ conſilium cupientes, placuit eos uſque ad magnum diem inter audientes ſuſcipi, ac pœnitentiā agere triēnio, & poſt duos alios annos ſine oblatione communicare, & ita demum ſex annis completis ad perfectum peruenire. Quòd ſi aliqui ante hoc concilium ſuſcepti ſint ad pœnitentiam, ex illo tem-

pore imputabitur eis initium ſexennij conſtituti. Quòd ſi alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex aliqua cauſa acciderit, his communio propter uiaticum ſuum non negabitur.

τως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελόγισαι αὐτοῖς ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας. εἰ μέντοι κίνδυνος, καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

De his qui in feſtis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuijs interfuerunt, & ſuas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comederunt: placuit, ut poſt biennij pœnitẽtiam ſuſcipiantur, ita tamen, ut utrum cum oblatione recipiendi ſint, an ad ſolam communionem admitti debeant, unuſquiſque Epiſcoporum examinet uitam eorum, & præterita ac præſentia debitâ conſideratione perpendat.

7 Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων· ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι· τὸ δὲ (εἰ χρή,) μετὰ τῆς προσφορᾶς ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου ἀξιῶσαι.

Hi autem qui ſecundò uel tertiò ſacrificauerunt ui coacti, quatuor annis ſeſe ad pœnitentiam ſubmittant, duobus autem alijs ſine oblatione communicent, ſeptimo anno perfectionem recepturi communionis.

8 οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

Quotquot autem non ſolum à fide Dominica deuiauerunt, ſed etiam inſurrexerunt in alios, & fratribus perſuaſerũt, & rei facti ſunt perſuaſionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur. Per aliud autem ſexennium pœnitentiæ recipiant locum: alio uerò anno, id eſt decimo, cõmunionẽ ſine oblatione recipiant, ut completo decennio, perfectione fruantur. Ideò autem ipſo tempore etiam uita eorum & conuerſatio conſideranda eſt.

9 ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν, καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφούς, καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως· ἄλλον δὲ ἐνιαυτόν, κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες, τοῦ τελείου μετάσχωσιν. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ, καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

Diaconi quicunque cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicẽtes uelle ſe habere uxores, nec poſſe ſe continere: hi poſtea ſi ad nuptias uenerint, maneant in miniſterio, propterea quòd his epiſcopus licẽtiam dederit. Quicunq; ſanè tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſsi continentiam: ſi poſtea ad nuptias uenerint, à miniſterio ceſſare debebunt.

10 Διάκονοι, ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο, καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν· οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες, ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. ὅσοι δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες, καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

Deſponſatas puellas, & poſtea ab alijs corruptas, placuit erui, & his reddi quibus fuerant antè deſponſatæ, etiam ſi à raptoribus florẽ pudoris ſui amiſiſſe conſtiterit.

11 τὰς μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπὸ ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ' αὐτῶν πάθοιεν.

Eos qui ante baptiſmum ſacrificauerunt, & poſtea baptiſmum conſecuti ſunt, placuit ad ordinem promoueri, tanquam ab omni crimine lauacri ſalutaris ſanctificatione purgatos.

12 τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος τεθυκότας, καὶ μετὰ ταῦτα βαπτισθέντας, ἔδοξεν εἰς τάξιν προάγεσθαι, ὡς ἀπολουσαμένους.

Vicarijs epiſcoporũ (quos Græci Chorepiſcopos uocant) non licere uel presbyteros uel Diaconos ordinare, ſed nec presbyteris ciuitatis ſine epiſcopi præcepto amplius aliquid imperare, nec ſine authoritate literarum eius in unaquaq; parochia aliquid agere.

13 χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μὴν δὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ.

τοὺς

τοὺς ἐν κλήρῳ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄν- 14
τας, καὶ ἀπεχομένους κρεῶν ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι,
καὶ οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν. εἰ δὲ βού-
λοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα λά-
χανα ἐσθίειν, καὶ εἰ μὴ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι πε-
παῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως. †

περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ· ὅσα ἐπι-
σκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνα-
βαλεῖσθαι τὸ κυριακόν. ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκό-
που, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμήν, εἴτε
καὶ μὴ διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγ-
μένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα
τὴν τιμήν.

περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ καὶ ἀλογευομέ-
νων. ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γενέσθαι, ἥμαρτον, πέν- 15
τε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγ-
χανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. εἶτα, ἐν τῇ κοι-
νωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη πέντε, τότε καὶ τῆς
προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν. ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν
καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει βίος· καὶ οὕτως τυγχα-
νέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας. εἰ δέ τινες κατακό-
ρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι γεγόνασι, τὴν μακρὰν 16
ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν. ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν
ἡλικίαν ταύτην, καὶ γυναῖκας ἔχοντες περιπε-
πτώκασι τῷ ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑ-
ποπεσέτωσαν, καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς
εἰς τὰς προσευχάς, εἶτα, ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη
ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς προσ-
φορᾶς. εἰ δέ τινες καὶ γυναῖκας ἔχοντες, καὶ ὑπερ-
βάντες. τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον ἥμαρτον καὶ τῇ
ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς κοινωνίας.

τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας, ἤ-
τοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία
σύνοδος, εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι.

εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχ-
θέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομά-
σθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπιέναι,
καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας καὶ στάσεις κινεῖν
κατ᾽ αὐτῶν. τούτους ἀφορίζεσθαι. ἐὰν μέντοι βού-
λοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν
πρότερον πρεσβύτεροι, μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς
τῆς τιμῆς. ἐὰν δὲ διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθε-
στῶτας ἐκεῖ ἐπισκόπους· ἀφαιρεῖσθαι αὐτούς, καὶ
τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς
ἐκκηρύκτους. 18

De his qui in clero ſunt presbyteri uel Diaconi,& abſtinent à carnibus,hoc placuit ſtatui,ut non eas tanquam immundas contemnant, ſed contingant. A quibus quidem qui ſe abſtinere uolunt,habeant poteſtatē,ita tamen ut ſi quando cum oleribus coquantur, eademtanquam carnibus polluta non iudicent, ſed ex his cibū aſſumant, quamuis à carnibus ſe abſtineant. Quòd ſi in tantum eas immundas & abominabiles iudicauerint,ut nec olera quæ cum carnibus coquuntur,æſtiment comedenda, tanquā non conſentientes huic regulæ, ceſſare eos oportet & à miniſterio,& ordine ſuo. Si quis autem huius regulæ monitis nō obedierit,ſed carnes(ut dictum eſt)immundas & abominandas exiſtimauerit,ceſſare debet ab ordine ſuo.

Si qua de rebus eccleſię,cum epiſcopus non eſt,presbyteri uendiderint,placuit,reſciſſo cōtractu,ad ius eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit Epiſcopi, ſi conſtitutum preciū debeat recipi,nécne, propter quod ſæpe contingit diſtractarum rerū reditus ampliore ſumma pro accepto pretio reddi.

De his qui irrationabiliter uerſati ſunt, ſiue uerſantur. Quotquot ante uiceſimum ætatis ſuæ annum tale crimen cōmiſerint,quindecim annis exactis in pœnitentia, cōmunionē mereantur orationum. Deinde quiquennio in hac cōmunione durantes, tunc demū oblationis ſacramenta contingant. Diſcutiatur autem uita eorum,quales tempore pœnitudinis extiterint,& ita miſericordiam conſequantur. Quòd ſi inexplebiliter his hæſerint criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus inſumant. Quotquot autem peracta uiginti annorum ætate,& uxores habētes,hoc peccato ꝓlapſi ſunt,uiginti quinque annis pœnitudinem gerentes in communnionem ſuſcipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes,tūc demūoblationis ſacramenta percipiant. Quòd ſi qui & uxores habentes, & tranſcendentes quinquageſimum annum ætatis,ita deliquerint ad exitium uitæ communionis gratiam conſequantur.

Hos eoſdem ſanè non ſolum leproſos crimine huiuſmodi factos,ſed & alios iſto ſuo morbo replentes,placuit inter eos orare,qui tempeſtate iactantur,qui à nobis Energumeni intelliguntur.

Si qui Epiſcopi ſuſcepti non ſunt à diœceſi in qua fuerant denominati, compellantur ad eandem iudicis edicto redire. Quòd ſi uoluerint alias eccleſias occupare,& uim facere alijs Epiſcopis quos ibi inuenerint, ſeditiones excitando aduerſus eos,hos ſegregari oportet. Qđ ſi uolunt in presbyterio in eccleſia ubi prius fuerant, tanquam presbyteri reſidere,non repellātur à propria dignitate. Quòd ſi etiam ibi ſeditiones cōcitare probātur Epiſcopis ibidē cōſtitutis,ſegregari eos neceſſe ē,& nihilominus presbyteri dignitate priuari.

19 Quotquot uirginitatem politicam præuaricati ſunt profeſsione contempta, inter digamos, id eſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierūt, haberi debebunt. Virgines autem puellas, quæ tanquam ſorores cum nonnullis uiris habitare uolunt, ab eorum conſortio prohibemus.

ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισίν, ὡς ἀδελφάς, ἐκωλύσαμεν.

20 Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur ſecundum priſtinos gradus.

ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν δοκεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας.

21 De mulieribus quæ fornicantur, & partus ſuos necant, ſed & de his quæ agunt ſecum, ut utero conceptus excutiantur, antiqua quidem definitio eſt, uſq; ad exitum uitæ eas ab Eccleſia remoueri. Humanius autem nūc definimus, ut eis decem annorum tempus tribuatur.

Περὶ τῶν γυναικῶν, τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν φθόρια ποιεῖν. ὁ μὲν πρότερος ὅρος, μέχρις ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ τούτῳ συντίθενται. φιλανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δεκαετῆ χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους.

22 Qui uolūtariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter ſe ſubmittant. Circa autem exitum uitæ communione digni habeantur.

περὶ ἑκουσίων φόνων· ὑποπιπτέτωσαν μέν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν.

23 Eos uerò qui non uoluntariè, ſed caſu homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pœnitentiam communioni ſociauit ſecundum gradus conſtitutos. Hęc uerò humanior definitio quinquennij tempus tribuit.

ἐπὶ ἀκουσίων φόνων. ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς· ὁ δὲ δεύτερος, τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι.

24 Qui auguria, uel auſpicia, ſiue ſomnia, uel diuinationes quaslibet ſecundum morem Gentilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt in exquirendis aliquib. arte malefica, aut ut domos ſuas luſtrent, cōfeſſi, quinquennio pœnitentiam agant ſecundum antiquitus conſtitutas regulas.

οἱ καταμαντευόμενοι καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν χρόνων ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακῶν, ἢ καὶ καθάρσει· ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς πενταετίας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμένους. τρία ἔτη, ὑποπτώσεως. καὶ δύο ἔτη, εὐχῆς, χωρὶς προσφορᾶς.

25 Si quis ſponſam habens, ſorori eius forſitan intulerit uiolentiam, eiq; inhæſerit, tanquam ſuæ, hac autem decepta, poſteà uxorem duxerit deſponſatam, illa uerò quæ uitium paſſa eſt, forte necem ſibi intulerit, omnes hi qui facti huius ſint conſcij, decem annis in pœntentiam redigantur ſecundum Canones conſtitutos.

μνηστευσάμενός τις κόρην, προσεφθάρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορέσαι αὐτήν, ἔγημεν δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα, ἡ δὲ φθαρεῖσα ἀπήγξατο· οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς.